

Band VI., Nr. 1804, Seite 194

Die Äbte Arnold von St. Blasien und Eberhard von Blaubeuren vergleichen ihren Streit wegen eines Weinberges auf dem Berg Wolpotinhalde bei Plochingen dahin, dass ein Beauftragter des Abts von Blaubeuren künftig von dem Propst in Nellingen mit demselben belehnt werden solle.

Esslingen, 1265. März 26.

Noverint universi presentium inspectores, quod lite seu controversia mota et aliquandiu ventilata inter reverendos in Christo Ar. sancti Blasii et E. in Blabûrron monasteriorum abbates eorumque conventus super eo, quod abbas de Blabiurron asserebat sibi suoque monasterio vineam duorum iugerum sitam in monte qui dicitur Wolpotinhalde apud Blochingen, datam a Berhtoldo dicto Spenlin cive in Ezilingen et aliquanto tempore possessam, licet iidem abbates et B. Spenlin de eadem vinea solverint tres solidos nomine census monasterio sancti Blasii annuatim, abbas vero monasterii sancti Blasii causabatur eandem vineam ex obitu dicti B. ad ipsum suumque monasterium ratione iuris et consuetudinis devolutam, tandem mediantibus probis et discretis inter ipsos abbates eorumque monasteria pro bono pacis et concordie taliter exstitit ordinatum: videlicet quod dictus abbas de Blabûrron pro se suoque monasterio renuntiavit pure et simpliciter dicte vinee, resignando eam in manibus prepositi et plebani in Nellingen. Adiectum fuit insuper, quod antedictus abbas in Blabiurron pro se suoque monasterio ex nunc in antea certam personam de gremio sui monasterii offerret, que de eadem vinea infeudaretur, qua persona cedente vel decedente altera persona, sicut dictum est, solvens nomine erarii, quod vulgo dicitur ershatz, in recognitionem dominii tres solidos . . . preposito in Nellingen, qui pro tempore fuerit, de sepedicta vinea ab eodem preposito sine contradictione qualibet investiretur. Et iuxta ordinationem predictam Frider. monachus dictus Veilz, camerarius monasterii in Blabiurron, de antedicta vinea solvente nomine census tres solidos singulis annis in festo sancti Martini in curiam Blochingen pertinentem sepedicto monasterio sancti Blasii ab H. preposito in Nellingen est multis astantibus et videntibus infeudatus. In horum evidentiam et testimonium premissorum hec pagina exinde conscripta sigillis sepedictorum abbatum patenter communitur.

Actum apud Ezilingen, in domo Burcardi dicti Sintz, anno domini M^o. CC^o. LX^oV^o., VII. kalendas Aprilis, indictione VIII^a., presentibus, quorum hec sunt nomina: E. de Blabûrron et Her. in Wibilingen abbates, H. de Arnegge monachus in Wibilin, R. de Laichingen et A. de Nellingen magistri, VI.

II

Shûheli et Vl. Guirrili cives in Ezilingen, Cûno de Nallingen et alii quam plures fide digni.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Die Siegel fehlen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 45

Editionen:

MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], Bd. 3, S. 177. UB St. Blasien, Bd. 1, S. 562 f., Nr. 433.

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): *Urkundenbuch der Stadt Esslingen*, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (*Württembergische Geschichtsquellen* 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 21, Nr. 89.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

Arnegg Wohnplatz (17013)

Arnegg, Blaustein, UL

Blaubeuren Wohnplatz (16722)

Blaubeuren, UL

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Laichingen Wohnplatz (16839)

Laichingen, UL

Nellingen Wohnplatz (545)

IV

Nellingen, Ostfildern, ES
Plochingen Wohnplatz (440)
Plochingen, ES
St. Blasien Wohnplatz (15605)
St. Blasien, WT
Wiblingen Wohnplatz (16651)
Wiblingen, Ulm, UL